



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D.  
Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac  
Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas  
Missalis Et Breviarii Romani**

Adiectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad  
præsens emanatis

Complectens omnia Gavanti Commentaria in Rubricas Breviarii - Cum  
Indicibus Decretorum, Rerum atque Verborum notabilium

**Merati, Gaetano Maria**

**Augustæ Vindelicorum, 1740**

**VD18 10783695-002**

De Communi Virginum, & non Virginum. IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39775**

**Cap. IV. De Communi Virginum, & non Virginum.**  
*Caret novis Observat. & Additionibus.*

**Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti**

**Cap. V. De Communi Dedicationis Ecclesiae.**

I. Gavant. pag. 142. col. 2. n. 1. -- *Unde Titulus Pastoris dicta est Ecclesia S. Pudentiae, &c.)* Aedes Sacrae aliquando nomen habebant ejus Sancti, cui dicata erant; sic Basilica, in quam convenere Episcopi Synodi Ephesinae, dicta est simpliciter MARIA; hinc, & ANASTASII templum Jerosolymitanum, & Ecclesia Constantinopoli dicta *signum*, ut docet Socrates lib. 1. cap. 37, sic denique Titulus S. Petri dicitur Ecclesia Romæ eidem dicata; Hincque ortum habet, quod Ecclesia his olim potissimum locis exstiterent, in quibus passi essent Martyres, aut Sanctorum quorumcunque Corpora requiescerent, de quo est illustris locus Prudentii in Hymno 5. de S. Vincentio.

*Ne sit scilicet pulchrum funeris,  
Quod Plebs Gregalis excusat  
Titulumque figat Martyris.*

Aliquando Titulus Ecclesiæ, seu nomen desumptum fuit ab eo Pontifice, qui illam vel construxit, vel deditcavit, ut Basilica Calixti trans Tyberim, quæ fuit B. V. dicata, Basilica S. Marci Papæ, Basilica Julii, Basilica Liberii, nempe S. Mariae Majoris, quæ etiam Sixtina dicta est, Basilica Damasi, quæ nunc S. Laurentii in Damaso appellatur. Sed primis Ecclesiæ Seculis nomen, seu Titulus Ecclesiæ frequentius desumebatur ab eo, cuius cura, & sumptibus Ecclesia ædificata erat; ille enim, qui Ecclesiam curat ædificari, prius Titulum, seu fundum aliquem conferre debet, ex cujus anno redditu quid ad lumiaria, quid ad Rectoris, Ministrorumque stipendia sufficiat, commode suppeditetur. Ita præcipit Pontificale Romanum, ubi sermo est de Benedictione, & Impositione pri-

marii lapidis, & habetur *Cap. Nemo Ecclesiam, de Consecrat. diff. 1.* unde veteres Christiani domus suas in Ecclesiæ consecrantes, eas postmodum Titulo sui nominis appellabant. Hinc in Urbe orti sunt Titulus Prudentis, Titulus Aequitii, Titulus Fasciolæ, Titulus Pamachii, item Basilica Constantiniæ, & Basilica Helleniana, Titulus Vestinæ, quia nempe Vestina illustris Fœmina, referente Baronio in notis ad 19. Junii, Basilicam exstruxit in honorem SS. Gervalii, & Protasii, quæ & Vestinæ Titulus, & eorundem quoque Martyrum dictus reperitur; sed nihil vulgatus, quam illud, quod habetur in Breviario Romano die 1. Augusti Lect. 5. *Sanctus honor sacris illis vinculis haberi caput,* ut propterea hoc nomine S. Petri ad Vincula Ecclesia Titulo Eudoxia dedicata sit in Exequiis. Ex qua Duplici ratione Tituli, alia, qua Sanctum Ecclesiæ Patronum indicat, alia, qua Ecclesiæ Fundatorem, perfectum habes, qua ratione antiquissima Ecclesia S. Pudentianæ nomen sortita fuerit, seu Titulum Pastoris, nimirum ab illo, qui eam ædificari curavit.

II. Gavant. pag. 142. col. 2. eod. n. 1. -- *Evaristus autem divisit in Urbe Titulos Presbyteris, &c.* S. Evaristus natione Græcus, qui in locum Anacleti suffectus est Romanus Pontifex anno Domini 95. Titulos in Urbe Roma Presbyteris divisit, id est, Ecclesiæ, in quibus Christiani Synaxes agere consueverant, ut tradit Anastasius, sive alias Author Libri Pontificalis. Titulos igitur loca sacra fuisse, in quibus Christiani conveniebant ad sacras peragendas Synaxes, & Sancta Ecclesiæ Sacramenta à Sacerdotum manibus

U u 3

per-

